

42
CUM
PRÆCELLENTISSIMUS ET PRÆCLARISSIMUS
DOMINUS

**M. PETRUS JÆ-
NICHIIUS**

GYMN. THOR. RECTOR

CUM
LECTISSIMA VIRTUTIBUSQUE ANIMI ET CORPO-
RIS CONSPICUA

VIRGINE

CHRISTINA

CIVIS QVONDAM APUD NOS ÆSTUMATISSIMI

B. DN. JOHANNIS

GRANDAU

RELICTA FILIA

d. II. MAII AN. M. DCCIX NUPTIAS

SOLEMNES CELEBRARET,

EASDEM FAUSTAS ET FELICES ESSE

ὁλοκαρδίας *PRECABANTUR*

GYMN. PROFESSORES, ET COLLEGÆ

THORUNII



Purpureo haud opus est *Sponsum* signare colore,
Vel *Sponsam* multis condecorare metris.
Contemnit virtus longe ornamenta petita,
Ipsa sua radiat luce, petitque polum.
Ambo serenata veniunt mihi fronte sereni,
Illustris mentem pingit utramque color.
Cum parilis pietas vos jungat amore sereno,
Non est ut candor nubila tetra vehat.
Petrus Christinam, Petrum Christina meretur,
Ut fiant clari candida fata tori.
Ipsa TRIAS vestris tædis accendat amorem,
Ne turbent calidos frigora sæva dies.

*Prolixioribus votis, quam verbis expressit
condidissimis Neonymphis candorem
suum.*

M. Martinus Böhmi.

Mirari fatis haud possum, clarissime Rector,
Quòd Te sponte tua in vincula conjicias:
Quæ justo constricta modo sine crimine grandi
Præter vim mortis solvere nemo potest.

Donec

Donec eras liber sanè poteras tuus esse,
Obstrictus verò jam tuus esse nequis.
Debueras illud monitum meminisse Poëtæ:
Alterius non sit, qui suus esse potest.
Ast horum cùm vincolorum dulcedine captum
Castam Te sociam deperiisse sciam,
Cumque sciam, si vota valent, Te corde vovere,
Ut tua conjugii vincla perennia sint;
Desino mirari quid agas, maloque precari,
Cuncta Tibi, quæ vel Tu ipse precâre bona.
Scilicet, ut semper maneant jucunda, nec unquam
Existant eadem vincula dura Tibi:
Utque tuo tandem sub nutu & nomine claro
Floreat & crescat nostra Thalia, precor.

M. Martinus Bertleffius
PP. & Vifit.

Petrus Jænichius locialia sacra celebrat
Rector Gymnasii Pieriique gregis,
Quem non deterrent curæ, non tædia longa
Nec grave Sisyphiæ tristeque molis onus.
Ut juvenum mentes poliantur moribus æquis
Ac ut Castaliis ora rigentur aquis.
Uranturque Dei & veræ pietatis amore
Ac decurratur rite salutis iter.
Quo sic exhibeat se dignum nomine Petri
Atque sit optatæ PETRA SALVTIS eis.
Nunc ubi Rectori merces condigna precanda,
Cura paterna Dei præmia larga refert.
Ejus in thalamum Virgo pia, candida, casta
Et virtutum aliis dotibus aucta satis.

His

His Domini Sponsi stabilitur Petra salutis.
Illum quæ cuncta prosperitate beet!

Henricus Würffel/ Gymn. Coll.

Auspiciis Maji Thalamum vis Sponse colende,
GRANDAVIAMque tuo vis sociare Toro.
Quis non gratetur? Quis non bona quæque pre-
cando

Acclamet lætus talibus Auspiciis.
Auspice TER SUMMO succedent omnia porrò;
Et Deus auspiciis annuet usque tuis.
Protegat ergo Torum vestrum Deus ille benignus!
Lætificum reddat, prolificumque precor!
Is faustum hunc Thalamum longos sinat esse per
Annos,
Pluribus Is Majis augeat atque bonis!

*Nuptiis auspiciatissimis Nob: nec
non Doctiss: Domini Sponsi,
Fautoris & promotoris ex
animo ita gratulari voluit*

Johannes Wigulæus Freislich/

Mar. & Gymnasii Cantor.

Perpe-

Perpetuô sibi qui socialem fœdere jungit
Et subit optati debita jura tori,
 Tum venit a quâvis dicendus parte beatus (a)
Rite, & eum tandem fata secunda manent!
 Unde refert Princeps hoc ad fastigia quidam
Summa boni, quando corpora jungit Hymen,
 Imo, bonum majus post Christum, dicere sœvit:
Æternas nobis non dedit ille Deus. (b)
 Nam velut is, qui tendit iter convallibus, haud est
Infelix, licet hunc sarcina magna premat,
 Cum comitem jungit sibi, qui tunc auxilietur,
Hic lætum quia scit reddere solus eum:
 Id pariter junctis contingit fœdere sacro
Ut cuius constat, quod sibi subveniant
 Sæpius alternis vicibus, si languida conjux
Reclinat, sudat sedula cura Viri,
 Et si vir recubat moerens, mox subvenit illi
Conjux auxilio consilioque suo,
 Tristitiamque suô gestu de pectore pellit
Omnem Consortis, quem colit illa nimis.
 Redditur hoc igitur clarum quod rite beatus
Tum sit homo, subiens vincula firma tori
 Hoc itidem quando Neonymphæ peroptime tentas
Optatum portum Conjugii que petis (c)
 Reddis te pariter felicem numine pleno,
Vt summi doni participemque facis.
 Nam Nympham suavis cui splendens gratia formæ est
Iam thalamo jungis jam propriamque dicas:
 Ergo felices vitæ traducite soles,
Nec turbet vestros ulla querela toros

*Summa non videas nigro carbone notatos
In vitâ cladis tristitiæque dies.
Sint Tibi fausta! precor, quo surgant gaudia mente,
Dona IgItVr Capta MentIs apoLLineæ.*

- (a) Huc spectat illud Horatian: Lib. 1. Carm. Od. 13.
Felices ter & amplius
Quos irrupta tenet copula : nec malis
Divulsus querimoniis
Suprema citius solvet amor die.
- (b) Ernestus Dux Luneburg: trigesimo octavo anno ante obitum Lutheri fato fun-
ctus, dicere consuevit : Post Christum & Evangelium non dedit homini
majus bonum quam. conjugium. M. J. Sam. Adam. Corn. Cop. p. I. pag
228. 487.
- (c) Juxta modum loquendi Gregor. lib. 26. in Moralib. dicentis : Qui tenta-
tionum procellas cum difficultate tolerant, conjugii portum petant.

Philippus Jacobus Rachlitz, C. G

Wie das Glücke/ so muß auch der Wunsch seyn.
In jenis ungezwungen/ so sol auch dieser ungezwungen seyn.
Verse bleiben eine gebundne Rede/ wenn sie noch so wol fließen.
Die Liebe aber läßt sich nicht binden.
Drumb wil ich der Feder den freyen Willen/
Und was sie schreibt/ wird man sichs gefallen lassen.
Es fließt aus freyem Gemütthe.
Und die es lesen/ mögen ihre freye Gedanken haben.
Meine sind diese:
Ich wundere mich über die so geschwinde Veränderung
der Person/ der man gratuliren soll.
Sie ist in einem Hause erzogen/ da man Gottsfürchtig ist.
Und nun soll Sie in einem Hause leben/ da gleichfals andern
Diese edle Tugend gelehret wird.

So

So wohl hat es der Himmel gefüget.

Wornach andere erst streben müssen/

das hat Sie schon erlanget

Ich sage/

Sie hat gelernet fromm seyn.

Die Frömmigkeit aber hat keinen Mangel an
irgend einem Guthe.

Sie ist der Schlüssel zu allen Schatz-Kasten.
Fehlets uns an Sicherheit/ so zeuget Sie uns Schutz.

Die Traurigen macht Sie frölich.

Den Kuffenden verspricht Sie Erhörung.

Den Berachteten Ehre.

Den Elenden Gnade.

Den Eheleuten Seegen.

O wohl dem/ der eine Tochter umbarmet/ da die Mutter
aller Tugenden den Sitz genommen hat!

Man wuste nicht/ warumb das Kind immer so stille wär.

So ist es die Frömmigkeit/

Die wünschte einen Bräutigam dem Sie gefiele/

Eine Haushaltung die Sie verstünde.

Man wuste nicht/ warumb das Kind immer so frölich war.

So ist es die Frömmigkeit.

Die erweckt dem **DHEIM** eine Freude/ daß Er bey
der frölichen Frühling-Zeit Hochzeit machen kan.

Den **FREUNDEN** insgesammt eine Freude/ daß sie einen
Ort wissen/ wo sie sich künfftig erlustiren können.

Dem **BRÄUTIGAM** eine Freude/ daß Er einen Trost
des Lebens überkommt.

Nun die vielfältige Freude/ welche sie noch andern
mehr gemacht hat/ sey ein Bild einer
frölichen und vergnügten Ehe.

Das wünschet:

Jacobus Schmidius, Coll. Gymn. p. r.

Omnia

OMnia nunc rident, nunc formosissimus annus.
Tempore nunc vernô dicere quisque solet:
Nunc quoque cum Sponsam pulchram thalamo Tibi
Conjugio, veniunt vota ferenda Tibi (jungis
His fermè verbis; quapropter maxime Ludi
Præses, eô pariter nuncupo vota modò:
Det DEus, ut vivas felices suaviter annos
Multos, quos quivis sæpe vocare sciat
Perquam formosos, simul ut benedictio coelô
Defluat in Tædas, conjugiumque Tuum.
Det, laribus vestris nil desit, Numen ab altô
Quò, Omnia jam rident! dicere, Sponse queas.

h. p. s.

Jonas Bogmukowski, Gymn. Coll.

